



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

3. Monstrosus Regis Cassani filius Baptismo curatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

est, hominem, ut hominibus placeat, nolle esse vultu monstrum; & ne Deo displiceat, non curare animæ suæ monstrositatem.

Sicut autem, dum medici morbos curant, morbi vicissim medicos commendant; ita fit in diuinis Sacramentis, dum sanant prodigia, fiunt prodigiosa. Neque ea vis soli est Sacramento poenitentiae. Baptismus quoque ut hoc genere inclaresceret, & morbos foedos pepulit, & deformitatem. An. 1298. Rex Tartarorum Cassanus, quem Magnū vocant, cum ducentis equitum millibus Syriam finitimasq; regiones occupauit. Facta est tanti victoris potentia omnibus formidanda. Quare Rex Armeniae, quamuis Christianus, eius viribus exterritus, non ausus est filiam suam illi negare, quam in matrimonium poposcerat, quia pulcherrima esse dicebatur. *Ille, post aliquod tempus, è viro suo Cassano edidit in lucem partum tanta deformitatis, ut rex maritus nullo modo illum veluti suum voluerit agnoscere, quod monstrum videretur. Vocat ad consilium primarios: de ipsius sententia uxorem veluti adulteram, partum veluti ex adulterio susceptum ultimo supplicio adiudicat. Quo fugeret innocens mulier, nisi ad innocentiae defensorem Deum? Itaque deplorata sua infelicitate ad preces sacras se contulit, illi quæsta iniuriâ, cui soli cognita erat iustitia causæ. A precibus ubi surrexit, ignara cõsilij, quouie regente duceretur, saltem rogauit, ut sibi prius quàm moriendum esset, liceret sacris vndis abluere eum, quem peperisset. Annuit rex, deditq; id faciendi potestatem; ea tamen lege & conditione, ut adessent baptismo aliqui fidei spectatæ viri, vnâ cum rege, ne qua fraus intercederet. Mira res: quàm primùm baptismo tinctus est puer, adeo repentè venustus formosusq; apparuit, ut rex prodigij magnitudine permotus, cum plurimis satraparum, qui aderant, plebemq; sibi subiectam post se traxerant, manus nominq; Deo dederit, maximumq; rei Christianæ factum sit incrementum. Quis neget hanc vim baptismo? cùm penetret vsque ad animæ labem abluendam, cur non & corporum menda posset, Deo iubente, emendare?*

Quod si puer iste non fuit satis monstruosus, alia super-

Hhhh 3 sunt

III.

Thom. Bez.
tom 1. de
Sign. Ecclef.
l. 1. c. 16. ex
Io. Villano.
lib. 8. cap. 35.
Anno 1298.

IV.